



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

13 Fugiens ad ecclesiam, si fuerit inde violenter exiractus, debet restitui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

causas, ubi de sanguinis effusione, & corporali pœna agitur, in ecclesiis, vel cœmeteriis agitare non possunt, sub excommunicationis pœna, quia absurdum est, & crudele ibi iudicium sanguinis exercere, ubi est tutela refugii constituta, *cap. cum ecclesia, de immunit. eccles.*

Propter reverentiam loci in ecclesia 14  
causæ seculares tractari non possunt, *c. 1. eod. tit. in 6. gloss. in d. cap. cum ecclesia, & d. cap. decet, vers. cessent in ecclesiis, eod. tit. in 6.*

10 † Unde processus iudicum secularium, ac specialiter prolatae sententiæ in ecclesiis, & cœmeteriis sunt ipso iure nullæ, *d. cap. decet, §. ordinarii, vers. & nihilominus, & Abb. in d. cap. cum ecclesia, num. 2. & num. 8.*

Qui verò timorem Dei, vel reverentiam sanctarum ecclesiarum non habet, & fugientem servum proprium, vel, quem ipse 11  
persecutus fuerit, † de atrio ecclesiæ, vel de porticibus ecclesiæ, aut illis quolibet modo adhærentem per vim abstraxerit, publica pœnitentia iudicio Episcopi est mulctandus, *cap. si quis consumax, 16. quest. 4. & parietibus ecclesiarum, & aliorum locorum immunitum adherentes, † eodem privilegio gaudent, ut ibi gloss. in ver. adherentibus, & ecclesiæ immunitatem violantes, per vim aliquem de ecclesia rapientes, excommunicari, & condemnari pecunialiter, ac ipsis publice pœnitentia imponi debet, † nec communioni sunt restituendi, nisi restituto eo, quem de ecclesia violenter extraxerunt, cap. miror, & cap. frater, d. quest. 4. Abb. in cap. inter alia, num. 26. & in cap. ecclési, num. 11. de immunit. Eccles.*

Reos criminis ad ecclesiam confugient. 15

tes nemo abstrahere; neque inde dantur  
nare debet ad pœnam, vel ad mortem, ut honor ecclesiarum conservetur, sed ecclesiarum rectores pacem eorum, & vitam ac membra studere debent obtinere, & legitimè componere, quod rei iniique fecerunt, *cap. reum, ead. quest. 4.*

Quæritur, † an palatium Episcopi eadem gaudeat immunitate, & post Innoc. 12  
in *cap. inter. versiculo item idem, de immunit. Eccles.* tenet Abb. quòd sic, etiã quòd palatium Episcopi sit extra 40. passus, *in d. cap. Ecclesia, num. 9. vers. tu verò vide, eod. tit. per gloss. 1. in cap. id constituimus, 17. quest. 4. & est communis opinio, de qua testatur Covarr. d. cap. 20. num. 5. vers. quinto insertur, lib. 2. var. resolut. quem, & alios plures citat. Borrel. cent. 1. Conf. 2. num. 23. verum quia Pius Papa V. & Sixtus etiã V. sancto zelo ducti, diversas facultates, & indulgentia extrahendi etiã in casibus quibusdam à jure non permittis, ab Ecclesiis criminosos, & delinquentes quam pluribus sæcularibus Principibus, eorumque curiis, & magistratibus sub variis modis, & formis concesserant, experientia postmodum docuit, magistratus illa diversimoda etiã latius, quam par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuisse, illisque abuti cœpisse, & ideo subortum fuisse non mediocriter in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium locorum, & personarum divino cultui dicatarum contemptum, & divinæ majestatis offensam, ac scandalum plurimorum. Quapropter Gregorius Papa XIV. ut prædictis abutibus, & scandalis obviaret, sua perpetua 15  
valitura constitutione, † omnia, & quæcunque*